IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 83v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Et ut possim explere Exurge gloria mea que hactenus latuisti exurge potenter caro que fuisti psalterium diuina operans et cithara humana patiens exurge dico et letare qui certus sum quod exurgam diluculo quo tempore cum resurrexisse ewangelia sancta testantur

Confitebor tibi confessione laudis postquam resurrexero pmeos coram ppls predicando laudes tuas et psallam tibi uirtuosis opibus ut tu pater glorificeris a gentibus

Hoc autem confitebor tibi confessione laudis

Quoniam magnificata est mia tua usque ad celos cum humanitas mea usque ad celorum regna perducta veritas tua quam per pphetas dixeras qui nubes dicuntur p me adimpleta est

Agentes ergo gras dicimus cu pphetas o xpiste Exaltare sup celos deus et sup omnem terram manifestabitur gloria tua cum spiritus sancti donum super omnem carnem effuderis

Ps. 41 In quo redarguitur malitia Judeorum contra xpm

Propheta gnaliter monens omnes fideles recte iudicare et vera loqui et specialiter in persona xpi increpans iudeos qui aliud de xpo loquebantur et aliud iudicabant ait

Filii hominum pri archarum et pphetarum quos imitari deberetis si vere quod utique verum est iusticiam loquimini dicendo michi magr scimus quia a deo venisti et viam dei in veritate doces recte iudicate quoniam autem dixistis post coram pilato crucifige crucifige eum iudicantes ficte locuti esse iusticiam conpbamini aliud in labiis aliud in corde habentes

Quos iudei qua potestis de me ratione iudicare qui

Iniquas cogitationes in corde vro contra me opamini